179. 555.

*Damnant Pelagianos, qvi negant peccatum originis & ſentiunt defectûs illos ſeu concupiſcentiam eſſe res indifferentes, ſeu pœnas tantùm, neceſſe res ſuâ naturâ damnatas & ſomniant, hominem Legi* D E I *ſatisfacere poſſe, & propter hanc propriam obedientiam coram* D E O *juſtum pronunciari.* Ubi cum primis caſtratio illa Prototypi in προδδιορισμῷ, *ET ALIOS*, dolo non vacat. Nam eo ipſo Verbo Confeſſores tùm temporis *Zuvinglianos* apertè ſatis notârunt & damnarunt, qvi negârũt peccatum Originis: teſte Summâ Tractatûs ad concordandam cauſam inter Catholicos & Lutheranos A. 1530. 16. Auguſtii à ſeptem delegatis conſcriptâ hoc tenore: *II. Articulus de Peccato originali. In hoc qvoq; concordant, & rectè damnant Pelagianos, ET ALIOS UTPOTE ZUVINGLIANOS & Anabaptiſtas, qvi peccatum originale negant,* apud Chytræum Hiſtor. A. C. p. 230. & cœleſtinum Tom. 3. Hiſt. A. C. p. 43. v. ſupra § 14. ubi Zuvinglii Confeſſionem de P. O. Comitiis exhibitam adduximus: de qva Philippus tùm ad Lutherum: *Zuvinglius miſit huc Confeſſionem impreſſam typis: diceres ſimpliciter, mente captũ eſſe de Peccato Originali, de uſu Sacramentorum, veteres errores palàm renovat.* Citra omne dubium itaqvè Philippus in gratiam Zuvinglianorum iſtas voces, ET ALIOS, eraſis ut illis palpum faceret, qvos damnare non amplius auderet. Qvod & ipſi Calviniani Pierius, & Ludovicus Crocius contra Menzerum agnoverunt. V. B. Menzerum Diſp. 5. Defenſ. Collat. A. C. θ. 6 ſqq. p. 50 ſqq. & B. Carpzovium Jſagog. in Lib. Symbol. p. 149. Philippea ergò verius Variata illa, qvàm Auguſtana Confeſſio audiet.

AMEN.

398

# VOTA

, Fautorum, Amicorum

*in*

ſtatem Nuptialem

VIRI

VERENDI & CLARISSIMI

NNIS SARTORII

ERIENSIS VIGILANTISSIMI

ertiùm SPONSI,

*n & ſui ſexûs Virtutibus*

*nè conſpicuam Dominam*

TATEM Jäſterin/

AM LECTISSIMAM

ſibi

u ſolenniter Sacro

RIESSINI

ovembr. Anno 1658.

nctè jungentis,

devoto ac calenti

pectore

fuſa.

*TSCHOVIAE,*

URENTII BREVER.

*Damnant Pelagianos, qvi negant peccatum originis & ſentiunt defectûs illos ſeu concupiſcentiam eſſe res indifferentes, ſeu pœnas tantùm, neceſſe res ſuâ naturâ damnatas & ſomniant, hominem Legi D E I ſatisfacere poſſe, & propter hanc propriam obedientiam coram D E O juſtum pronunciari.* Ubi cum primis caſtratio illa Prototypi in προδδιορισμῶ, *ET ALIOS*, dolo non vacat. Nam eo ipſo Verbo Confeſſores tùm temporis *Zvvinglianos* aperte ſatis notârunt & damnarunt, qvi negârũt peccatum Originis: teſte Summâ Tractatûs ad concordandam cauſam inter Catholicos & Lutheranos A. 1530. 16. Auguſtii à ſeptem delegatis conſcriptâ hoc tenore: *II. Articulus de Peccato originali. In hoc qvoq; concordant, & recte damnant Pelagianos, ET ALIOS UTPOTE ZVVINGLIANOS & Anabaptiſtas, qvi peccatum originale negant,* apud Chytræum Hiſtor. A. C. p. 230. & cœleſtinum Tom. 3. Hiſt. A. C. p. 43. v. ſupra § 14. ubi Zvvinglii Confeſſionem de P. O. Comitiis exhibitam adduximus: de qva Philippus tùm ad Lutherum: *Zvvinglius miſit huc Confeſſionem impreſſam typis: diceres ſimpliciter, mente captũ eſſe de Peccato Originali, de uſu Sacramentorum, veteres errores palàm renovat.* Citra omne dubium itaqvè Philippus in gratiam Zvvinglianorum iſtas voces, ET ALIOS, eraſit ut illis palpum faceret, qvos damnare non amplius auderet. Qvod & ipſi Calviniani Pierius, & Ludovicus Crocius contra Menzerum agnoverunt. V. B. Menzerum Diſp. 5. Defenſ. Collat. A. C. θ. 6 ſqq. p. 50 ſqq. & B. Carpzovium Jſagog. in Lib. Symbol. p. 149. Philippea ergò verius Variata illa, qvàm Auguſtana Confeſſio audiet.

AMEN.

398

# VOTA
## Collegarum, Fautorum, Amicorum
*in*
feſtivitatem Nuptialem
VIRI
*PLURIMUM REVERENDI & CLARISSIMI*
# DN. JOHANNIS SARTORII
SYMMYSTÆ EPERIENSIS VIGILANTISSIMI
tertiùm SPONSI,

*Nobiliſſimam & ſui ſexûs Virtutibus*
*maximè conſpicuam Dominam*
## CHARITATEM Jäſterin/
SPONSAM LECTISSIMAM
ſibi
ritu ſolenniter Sacro
EPERIESSINI
prid. Id. Novembr. Anno 1658.
ſanctè jungentis,
devoto ac calenti
pectore
fuſa.

*LEUTSCHOVIÆ,*

TYPIS LAURENTII BREVER.

HActenùs in viduo jacuiſti duriter antro,
Reverende Vir, Collega dilectiſſime.
Nunc viduum complere torum Vidua ipſa laborat,
Quæ CHARITATIS, gaudet aptô nomine.
JOHANNES illi nexu conſtantis amoris
Eſto, ſimulq; grata fige baſia.
Sic Veſter nullâ thalamus bonitate carebit,
DEusq. Vos amabit omni tempore.

## Ænigma.

Urbs eſt in mundo quatuor depicta figuris;
Has verte, & cernes candida fulcra tori.
Si verò paulùm tranſponas haſce figuras,
Obveniet rebus quàm mora lenta tuis!

*Collega gratans*
*ſic declarabat amorem*

M. ABRAHAM ECCARDUS
*Eccleſiæ Eperienſ. Paſ*
*Scholaq; Inſp.*

---

*1. Cor. 13. ℣. 13.*

## Charitas eſt maxima.

### EPIGRAMMA.

*QUis neſcit toto Martem graſſarier orbe?*
*Quas Sol videt gentes ſolo,*
*Armis in eſſe, quis neget?*
*Hoſpes is in Patria, ſomno vel morte ſepultus,*
*Qui neſciat, quid barbarus*
*Scyta, Turcus aut Tartarus agat?*

Hinc vi

...nus nitidam pertingere ad æth...
...Cineribus in vaſtas domos
Jacere, quaſſatos agros:
Hinc inſtar pecudum Chriſti protrudere gentem,
Ad carceres triſtes trahi,
Nunquam reviſuri Lares:
Hinc orbas videas, pulſantes planctibus auram
Matres, revulſos ubere,
Gladioq; confoſſos truci.
Omnia qvum tetris odiis rabidoq; furore
Sint plena, verè mira res!
Tu CHARITATEM ſolus, (hem!)
Solus habes, inquam, teneas dum Cynthius orbi
Lucet; colasq; comprecor,
Nam CHARITAS eſt maxima!

Sic devoto pectore deſiderato
ſuo Jonathani, tertium Sponſo
GEORGIUS CURIANI
Eccl. Hung. Eper. P. applaudebat.

---

VNa fides quos conjunxit, non dirimet ullus:
SPONSE ligat CHARA Te DEUS, en ſociâ.
Numquis adeſt charum poſſit qui ſolvere nexum?
Vix ſpero: Mortem qvum ſuperare queat.
A charus nomen derivat Sponſa: quid inde
Profluet? alma ſalus & ſine fine favor,
Ex charo nexu creſcat numeroſa propago,
Unum quæ Jovam corde fideq; colat!

*Bene-voli animi ſymbolum exhibiturus appoſuit*
JOHANNES ROSAIDES
*Eccl: Slav Eper. P.*

---

N. Mᵒ. S.

*ADESTE. CIVES.*

TÆDAS. PRÆFERTE. NON. FERALEIS.
NUPTIALEIS. DEICO.

IANO. SARTORIO. ET. PROBAI.
CHARITI.

QUOROM. FIDEM. QUIC. SIES. FAXSEIS. ALIEIS.
SED. ET. TIBEI. LOCARE INDICIUM.
SUAM. OLIM. AMAVIT. SOVOM. MAREITOM. OLLA.
UTERQVE. CORDE. SOVO.
SED. LUCINA. BIGAM. AMAB. IMPENDENDEI. DISSOL-
VENDEI. PRONA.
INFANTARIAM. P. ENIXO. PRIUS. BELLO.
MASCULO.
HEU. QVOS. INTER. SINGOLTUS.
SECULO. EXESSE. JUSSIT.
HONC. PLANCTOM. QVOM. JAM. EXCIPIAT.
RECIPROCATIO. ANIMORUM.
NOVORUM. PIORUM. BONORUM. CASTORUM.
A. Æ. XP. cIↄ Iↄc Lviii. PR. ID. NOVEMB.

*Q. F. F. N. S.*

AGITE. JUNCTIM. EXOREMUS.
JOVAM. SOSPITAT. LUCINAM. MAGIS. BENIGNAM.
ÆTATEM. EXPUNGENDAM.
SIT. COERATIO. HABITATIO. CONVERSATIO.
BONA. FAUSTA. FELIX. ET. LONGOM. FIRMA.

XII. XXIV. VCCXI.

Quàm

*Quàm bellè* CHARITAS CHARISIUSq;
*Junxerunt thalamos, favore Divûm!*
*Ambit* GRATIUS *& ſuam* CHARETAM!
*Gratantur Charitum piæ Sorores,*
*Et ſic carmina tibiasq; ſufflant:*

εὐχή.

*Vivite felices, & Sponſe, & Sponſa vovemus,*
*Quos DEus & Pietas ſociali fœdere junxit:*
*Floreat in veſtris amor & concordia tectis,*
*Floreat in veſtris conſtans Hygi eia tectis,*
*Floreat in veſtris proles prævivida tectis,*
*Floreat in veſtris Domini benedictio tectis!*

JOHAN. SEREDI Concivis Eperien.
Affini honoratiſſimo devotus faciebat.

---

INgens nonne fuit ſciſſura domeſtica, Coſtam,
Quam mors abripiens fecerat atra tuam?
Sartorum quis eam potuit ſarcire peritè,
SARTORI, ingenio Vir retinende meo?
Debuit illa tamen ſarciri, vel tua priva,
Debuit haud unô res periiſſe modô.
Hinc Tibi, SARTORI, excluſo ſartore, recepta eſt
Sartrix, effectum quæ dabit omne tibi.
Ut non ulla tuam ſciſſura domeſtica poſthac
Perturbet mentem, mente calente precor.

*Honoris & amicitiæ ergò*
*gratulaturus ſcribebat*
Andreas Horvat, *Vetoroſ.*
*Rect, Gymnaſ. Eperien.*

---

…ne putas omen, quæ carminis a…,
Primi præbuerit funus in Urbe mihi?
Perpetuóne dehinc creſcet mihi pagina luctu,
Materiesq; mei mors erit una metri?
Ut credam, nullâ moveor ratione, futurum,
Infauſtum vel huic omen ineſſe rei.
Scilicet æternâ miſcentur triſtia lætis
Lege, nihil firmum, nîl ſtabile eſſe poteſt.
Proſpera nunc mæſtis, nunc lætis triſtia cedunt,
Fortunâ humanas ſic variante vices.
Interitura videt quem lux mœrore jacentem,
Hunc exſultantem lux oritura videt.
Hoc nos communis ſatis experientia vitæ,
Quâ magis eſt locuples nulla Magiſtra, docet.
Hoc etiam SPONSUS ſacræ Lux ampla Cathedræ,
Et patriæ terræ Sidus Honorq;, docet.
Hoc non SPONSA minùs Virtutis agalma probatum,
Atq; ſui ſexûs Gemma Jubarq;, docet.
Scilicet ille ſuæ triſtiſſima fata Maritæ,
Hæc flevit, doluit, lumine, mente, Viri.
Sol oriens iterumq; cadens conſpexit utrumq;
Lugentem lacrymis óra madere piis.
Nunc procul hinc omni leſſu diſcedere juſſo
Et viſu triſtes currere ad Anti-podas,
Ex imo mentis penetrali gaudia gaudent,
Inq; ſacri coëunt jura ſacrata tori.
Ornatum tædas, ineunt quas ritè precati
Auxilium ſummi ſuppetiasq; DEI,
Curarum poſitâ tantiſper mole, frequentes
Eximios PATRIÆ cerno venire PATRES,
His comites ſeſe jungunt longo ordine Cives,
Atq; puellaris fœmineusq; chorus.
Splendida dona ferunt, funduntq; precantia verba,
Quæ veniens imô pectore dictat amor.

Hos in-

*Hos inter* …
*Hacque aliquot p*…
*Me gratatura Nuptis miſcebo catervæ,*
*Hæc dono cum non ſit mea dando manus.*
*Quid precer? An gazas Arabum, ſegetesq́; feracis*
*Sarmatiæ, quam nunc aſpera bella premunt?*
*Aut, pro communi ritu multisq́; recepto,*
*Mathuſalæ longos, & ſine nube, dies?*
*Quid juvat hoc aliis moviſſe vovendo ſalivam,*
*Quod nullis poſſint obtinuiſſe modis?*
*Fietné excelſus quisquam de rhetore Princeps?*
*Id licet ardenter plurimus optet homo.*
*Hoc fore tunc demum credam, cum tangere cælum*
*Hoc digito potero ſidereasq́; faces.*
*CONJUGIBUS, precor, eveniant ut cuncta novellis,*
*Illorum ex uſu quæ ſciet eſſe DEUS.*

Debitæ obſervantiæ ergò L. Mq́; ſcr.
M. Daniel Jandicius, *Dantiſcanus.*

---

GRatius haud quicquam potui cognoſcere, Fautor,
Quàm Te conjugium rurſus inire novum.
Sic decet, ut fiat multo digniſſime cultu,
Conſultum domui ſi cupis eſſe Tuæ.
Hactenus hæc caruit Dominâ Rectriceq; fidâ,
Inde fuit multis ſæpe referta malis.
Infantes itidem carâ caruere Parente,
Accidit hinc illis ſæpe moleſta dies.
At modò cum Dominam, ſic diſponente JEHOVÂ
Accipit, incipiet lætior eſſe domus.
Infantumq; cohors ſtudiosâ Matre receptâ
Non tantis lacrymis dedita forſan erit.
Sit benè jam domui, benè ſit Tibi, Sponſe, Tuisq;
Hac Sponſâ veſtros nunc ſubeunte lares.

Secum

Quin large reddat quæq; cupita ferat.

*Johan. Popradius, Rect. Sch. Varalienſ.*

---

G*Audia triſtitiæ, miſcentur triſtia lætis,*
*Sic hoc orbe nihil perpetuare ſolet:*
*Te Deus en geminô confoſſum vulnere læſit,*
*In viduoq; ſtitit, Vir Reverende toro;*
*Salva tamen res eſt, reddit poſt nubila Phœbum,*
*Atratam pallam atque exuit ecce! Tibi.*
*Hinc bonitas divina patet celebranda per ævum,*
*Te Tibi quòd reddat ſed mage quodq; Tuis.*
*Mira (an vera?) ferunt: ſociâ quaſi turtur ademtâ*
*Antiqui nunquam ſpiret amoris opes:*
*Hoc faciat turtur, ſed quid cum turture nobis?*
*Viva avis iſta mihi non ſapit, aſſa ſapit.*
*Nempe Deo pares, dum tertia vincla ſubibis:*
*Hæcq; Tibi atq; Tuæ vincla ſecunda precor!*

Leonhardus Fabini, Coll: Ep.

---

COnjugis ad tumulum gemitûs Te ducere longos
Vidimus, & fracti plangere damna tori.
Vidimus objectum duris Te caſibus omnes;
Flevimus hinc Tecum, Vir Reverende, diu.
A tumulo ad thalamum qvum Te properare videmus,
Ad thalamum Tecum nos properamus item.
Sicq; Tuæ fronti nos conformamus ubique
Triſtitiæ comites lætitiæq; ſumus.
At quia mos vetus eſt, Tædas ſine munere nullas
Viſere: chartarum dona proinde cape.
Proſperitas Tibi multa novâ cum Conjuge gliſcat,
Fuſaq; tot metris ſint rata vota, precor.

Elias Friedhuber *Cant. Eperjen.*

3343

Epistola, quam Egregius Dnus Nicolaus Jurisith, Serenissimo Romanorum Imperatori, Hung. et Bohem. etc. Regi, Ferdinando, scripsit post relictam obsidionem arcis suæ Güntz sermone Hung. Kűszegh vocatæ, ab Imperatore Turcarum Solimanno. A. D. 1532.

Serenissime Rex Clementissime Mattis Vestræ humillima mea et debita servitia imprimis commendo. Satis intempestive Serenissime Rex a Matte Vestra et eiusdem Capitaneo Supremo et Consiliariis bellicis secundum obligationem Mattis Vræ ad arcem istam auxilium requisivi, nullum tamen mihi neque parvum, neque magnum deputatum est. Ego tamen nihilominus Clementissime Rex totius Reip. Xtianæ et Mattis vestræ comodum, ac felicem rerum suarum successum fideliter sum præmeditatus, et propterea vitam meam, ac bona, et nonnihil etiam ulterius exponere non dubitavi. Aliquot millia mulierum, ac puellarum ad descensum ac puerorum et inter illos senes multi ad Civitem istam ut immanissimam Turcorum Tyrannidem et mortem fugerent, confluxerunt. Et ego oppidum tam humile a tam crudelissimo, ac potentissimo hoste, Turcarum Caesare, et illius potestate, qua Civitatem istam iam personaliter obsidit, defendere attentavi, non propterea, quod ab illius potestate me posse defendere putarem, verum ut illum, hic tamquamdiu, dum Mattas Vra cum Christianissimo Imp. fratre suo charissimo, et aliis Christianis Principibus congregati Turcio obviare, et Dei opt. Maximi auxilio, resistere possent, remorarer, et propterea inquam periculo apertissimo et morti me exposui, quod Deus animæ meæ secundum misericordiam suam prodesse velit, et benigne eam iudicare dignetur.

Quamvis

Quin large ... quæq; cupita f

*Johan. Po*

---

G*Audia triſtitiæ, miſcentur triſti*

*Sic hoc orbe nihil perpetua*

*Te Deus en geminô confoſſum vulne*

*In viduoq; ſtitit, Vir Rever*

*Salva tamen res eſt, reddit poſt nub*

*Atratam pallam atque exu*

*Hinc bonitas divina patet celebrand*

*Te Tibi quòd reddat ſed m*

*Mira (an vera?) ferunt: ſociâ qu*

*Antiqui nunquam ſpiret a*

*Hoc faciat turtur, ſed quid cum tur*

*Viva avis iſta mihi non ſap*

*Nempe Deo pares, dum tertia vinc*

*Hæcq; Tibi atq; Tua vincla*

Le

---

COnjugis ad tumulum gemitûs Te du

Vidimus, & fracti plangere da

Vidimus objectum duris Te caſibus om

Flevimus hinc Tecum, Vir Re

A tumulo ad thalamum qvum Te prop

Ad thalamum Tecum nos prop

Sicq; Tuæ fronti nos conformamus ubi

Triſtitiæ comites lætitiæq; ſumu

At quia mos vetus eſt, Tædas ſine mu

Viſere: chartarum dona proind

Proſperitas Tibi multa novâ cum Con

Fuſaq; tot metris ſint rata vota,

ELIA

§§§§(o)§§§§

3343

## Epistola, quam Egregius Dnus Nicolaus Jurisith, Serenissimo Romanorum Imperatori, Hung. et Bohem. etc. Regi, Ferdinando, scripsit post relictam obsidionem arcis suæ Güntz Sermone Hung. Küszeg vocatæ, ab Imperatore Turcarum Solimanno. A. D. 1532.

Serenissime Rex Clementissime Mattti
Vestræ humillima mea et debita servitia imprimis com=
mendo. Satis intempestinè Serenissime Rex à Matte
Vestra et eiusdem Capitaneo Supremo et Consiliariis bel=
licis secundum obligationem Mattis Vræ ad arcem istam
auxilium requisivi, nullum tamen mihi neque parvum,
neque magnum deputatum est. Ego tamen nihilo mi=
nus Clementissime Rex totius Reip. Xtianæ et Mattis
Vestræ commodum, ac felicem rerum suarum successum fi=
deliter sum præmeditatus, et propterea vitam meam, ac
bona, et nonnihil etiam ulterius exponere non dubitavi.
Aliquot millia mulierum, ac puellarum ad descensum ac
puerorum et inter illos senes multi ad Civitatem istam ut in=
humanissimam Turcorum Tyrannidem et mortem fugerent,
confluxerunt. Et ego oppidum tam humile à tam crudelis=
simo, ac potentissimo hoste, Turcarum Cæsare, et illius
potestate, quâ Civitatem ipsam iam personaliter obsin=
sit, defendere attentavi, non propterea, quod ab illius pote=
state me posse defendere putarem, verum ut illum, hic
aliquamdiu, dum Mattas Vra cum Christianissimo
Imp. fratre suo charissimo, et aliis Christianis Principibus
congregati Turcio obviare, et Dei opt: Maximi auxiliô, resi=
stere possent, remorarer, et propterea inquam periculo aper=
tissimo et morti me exposui, quod Deus animæ meæ secundum
misericordiam suam prodesse velit, et benignè eam iudicare di=
gnetur.

Quamvis